



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Lioba Abbatissa. 28. Sept.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

.Sept.
mici
atrem
uspa
4. in

Sept.
ple
t, i
fuis
H A
orto
xul
for
ba
im,
jam
ere
sse,
as?
de
que
ors
ut
ro
ti
lu
Et
au
n
ia
e

28. Sept. VITÆ SANCTORUM. 609
prædonum prædam pauperum fecit. In-
de jam animis insidias struere C H A R I-
T O N , & ex urbe socios vitæ plurimos
in silvas pellicere , jamque asceteria terna
condere , verbis , exemplo tenere. Post
hæc denique placuit rupem condescendere
(per solas scalas aditus erat) indeque ve-
lut ex arce suis advigilare. Fons quoque
cum deesset, lacrymis hunc mercatus est.
Denique cum ad suos undique convoca-
tos pro virtute verba faceret , dixit & vi-
xit. Ex Metaphr.

Si mortem assidue meditaberis , non pec-
cabis : si ab omnibus terrenis negotiis liber
ac nudus fueris latronis impetus non time-
bis : si hæc caducia & fugacia despixeris ,
victoria palmam obtinebis . S. Ephrem in
Beatitud.

S. LIOBA ABBATISSA. 28. Sept.

L IOBA est , nobilis cum primis & Deo
dicata virgo , eademque virginum
multarum mater. Et hanc , cum Ger-
maniam percoleret D. Bonifacius , ex
Angliâ in auxilium evocavit , ut novo
Pathenoni Bischofsheimensi Antistes
præcesser. Vitam vixit , quam rebellis cæ-
lo Angelus invideret homini. Inde cum
labe nullâ posset , sinistris rumoribus
famam vitiare virginis aggressus est in
hunc modum. Muliercula stipe vicit
bat , quād in dies singulos virginum asce-
terium

Qq

terium

610 VITÆ SANCTORUM. 28. Sept.
terium porrigebat. Hæc cùm prolem ex-
tra thori leges enixa esset, crimen mer-
gere cum partu in rivo voluit, qui cœno-
biū proximus alluebat. Sed non elue-
runt aquæ facinus; prodiderunt, & in
suspicionem cædis ad populum totum
virginum Collegium vocarunt. Hic Lio-
ba in auxilium Superos passis manibus
tam diu vocare, dum Davidis omnia
carmina percurreret. Inde cœnobii mi-
ros circumlatâ cruce lustrare. Neque re-
fugit patrocinari cœlum. Sceleris con-
scia mulier à dæmone correpta ultrò le-
sttit, & crimen fassa innocentēs omnes
absolvit. Porrò Lioæ de Deo illi fuēt
sermones, ut hos Imperatoriæ Caroli M.
& conjugis augustissimæ aures sitirent.
Miris etiam post mortem plurimis, mul-
tis etiam in vitâ claruit Inter hæc illud
memorandum, quod tempestatem ulti-
ma minitantem urbi crucis signo fuga-
vit, Christique & Mariae nomine omne
cœlum terenavit. Et verò ad gemines so-
les cur non nubes fugerent? Ex Surio.

*Si propriam gloriam queris, florenti-
vides, absenti detrahis, reponis lædenti it.
Hoc Christus non fecit. Confiteris te nosse
Deum, factis autem negas; non rectè, non
plane, sed impie; linguam Christo animam
dedisti diabolo. S. Bern. serm. 24. sup.
Cant.*

S. MI-